

sophi, magno generis humani cum periculo negotiantur: metalla, quæq; sunt vegetantium alia, confidenter aggressi: ut dum agentis ignis, & naturæ patientis rectores esse deberent, nescij quo in mari versentur, ad cautes delati, naufragium faciant, seque cum ijs, qui creduli pollicitationes eorum plusquam aureas suspiciebant, in præcipitum agant. Istant Hydrargyrum, quod salis, sulphuris, nitri spirituum acrimonia preceps datum, iteratis lotionibus, multoties licet, ne quicquam depurant. Extollunt Stibium, ad vitri speciem, ingeniosè elaboratum. At cautiiores sint vtriusq; præparandi regulæ. Adscribam ea paucis, quæ Theodorus Zuingerus parens noster, cum Petro Seuerino Ideæ medicinæ philosophicæ scriptore communicauit: Recipe partes æquales Stibij & *Stibij* • Meteori vel sublimati: per retortam e-*Hydrargyrum* duc glaciem. Collo infarctū Aminium *ri præparat* collige: serua pro diaphoretico. Glaciē *tio*. retortæ inde, oleum extrahe, quod cauterio inseruiet. Oleum extractū destillata aqua calida præcipita. Aqua defusa dialytica erit coralliorū. Præcipitatum cre-